



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epitome Instituti Societatis Jesu

Sesti, Curtius

Bruxellis, 1690

Cap. I. De virtute, & aliis ad Professionem requisitis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-68440](#)



P A R S III.

D E P R O F E S S I S,
Et Coadjutoribus formatis.

C A P U T I.

*De Virtute, & aliis ad Professionem
requisitis.*

S E C T I O I.

*Premittuntur aliqua de distinctione
Graduum Societatis.*

- I.  *Si in Societate, quantum sa-* *Quatuor So-*
tis est, probati fuerint, admit- *eiorum gradus.*
ti debent modo magis inter-
no, ut membra unius, ac
ejusdem corporis Societatis. a Societas a P. 5. c. 1. §.
enim 1. ut ejus nomen latissime accipitur, 1.
omnes qui sub obedientia Præpositi Gene-
ralis vivunt, complectitur; quo in numero
etiam

S

etiam Novitii censemur. 2. Præriori significacione Scholasticos approbatos, præter Professos, & Coadjutores formatos contineat. 3. Magis etiam propria acceptione, Professos, & Coadjutores formatos dumtaxat

b Ex. c. i. §. 7.

8. 9. 10. P. 5.

c. i. A.

c Jul. III. p.

68. & Ex. c. i.

D. & P. 5. c. 2.

§. 3. & C. & c.

3. §. 5. 6.

*Preponuntur
tractanda.*

significat. 4. Maximè omnium limitata, sed

& germana significacione, cum Societatem dicimus. Professos quatuor Votorum tan-

tummodò intelligimus ; quod hi nempe

præcipua membra sint in Societate, non

quod alia etiam non numerentur. *b* Præ-

terea nonnulli ad solemnem Professionem

trium Votorum tantum admittuntur. *c*

2. Cum igitur actum jam sit de Novitiis, & Scholasticis, nunc de his admittendis in corpus Societatis dicendum est : sive Gradus Professorum, sive Coadjutorum formatorum suscipiatur. Et quoniam in Constitutionibus Professi nomen, absolutè prolatum, significat Professos quatuor Votorum : de his primò agendum est. De doctrina quidem ad hunc Gradum requisita tractatum est supra Part. 2. Cap. 5. Sect.

10. Quare hic desideratur tantum exacta tractatio de virtute, & aliis prærequisitis ; & quo pacto informationes ad Generalem mitti debeant : quorum pleraque servanda etiam, ubi de admittendis ad reliquos gradus Professionis trium Votorum, sive Coadjutorum spiritualium agitur.

S E C T I O II .

Conditiones admittendorum ad Professionem.

1. Illi igitur ad Professionem idonei habebuntur, qui Sacerdotio initiati, & quorum vita diuturnis, ac diligentibus probationibus perspecta valde, & approbata sit; & de quibus certa spes sit, eos viros spirituales futuros, & adeò progressos in via Domini nostri, ut per eam currere possint. *d*

2. Quæ præstantia virtutis, seu mediocritatis in ea excessus, ut facilius dignoscatur, explicatum est in eo consistere, ut regulariter & ut plurimum operentur secundum exigentiam virtutis, spereturq; idem facturos in difficilioribus, si quæ occurrerint; & in informationibus mittendis ad P. Generalem exprimendum est, an quis profecerit quantum requirit Decretum 6. Con. 9. *f*

3. Tempus nullum certum determinatum est, quo quis ad Professionem est promovendus; cùm dependeat à Societate, & Præposito Generali, quando iudicaverint sibi plenè à Promovendo esse in Domino satisfactum. Et hanc potestatem prorogandi Gradum Professionis, immo & Coadjutorum

*Sacerdotium
& Virtutis præ-
stantia.*

d Jul. III. p. 67.
& Greg. XIV.
p. 281. & Ex.
c. I §. 8. & P.
5. c. 2. §. 1. &
2.

*Declaratio re-
quisitoria Virtu-
tis.*

e C. 9. D. 6.
f C. 12. D. 56.
§. 6.

*Tempus pos-
tivum nullum
certum.*

g Greg. XIV. 190

p. 282. & Ex.
c. 1. §. 12. &
P. 5. c. 2. §. 2.
& 4. & C. 5.
D. 36. 37.

*Tempus verò
negativum de-
finitum est.*

h P. 1. c. 3. K.

i C. 8. D. 17.
& 33.

l P. 1. c. 3. K.
& C. 5. D. 13.
& 63.

Pars Tertia.

torum formatorum , ut rem maximè ne-
cessariam ad conservanda substantialia In-
stituti , retinendam esse gravissimis senten-
tiis pluries definitum est. *g*

4. Contra designatum est tempus, intra
quod non liceat admittere ad Professionem.
Et olim quidem, sine circumspecta dispen-
satione Generalis, nemo promovendus erat
ætate 25. annis minore. *h* Jam consuetudo
à Generalibus introducta approbata est,
citra novam tamen obligationem; & mul-
tò minus necessitatem; ad valorem Profes-
sionis, si secus fiat, ut expectandus sit 33.
annus expletus. *i* Perstat igitur adhuc fa-
cultas Generali concessa à Constitutioni-
bus dispensandi, ut etiam non expleto No-
vitiatus biennio , nedum 25. ætatis anno
admitti quis possit ad Professionem. *l* Quo-
ad annos verò Religiosæ vitæ attinet ; jure
ordinario, qui studia sua ante ingressum in
Societate , impenso in iis septennio , ab-
solverunt , ante 10. annum currentem non
proponendi Generali ; nec ante 17. qui
eadem studia omnia in Societate perege-
runt. At qui studia Philosophiæ , aut
Theologiæ , partim ante ingressum in So-
cietatem , partim postea decurrerint , intra
duos prædictos terminos citius , aut tardius
proponantur ; pro ratione annorum inte-
gro-

grorum, quibus ante ingressum illis studiis
operam dederunt. ^m Ita scilicet, ut qui
ante ingressum solo biennio Philosophiæ
studuerint, non nisi anno 15. currente
proponendi sint: & si qui minori tempore,
quam septennii, Philosophiæ, ac Theo-
logiæ studia confecerint; non nisi anno
undecimo, aut duodecimo currente, pro-
ratione annorum, qui triennio Philo-
phiæ, aut Quadriennio Theologiæ defue-
rint. ⁿ

5. Si qui verò, instructi reliquis doctri-
næ, & virtutis conditionibus, designata
tempora impleverint: eorum propositio
non differenda à Provincialibus; etiam si
alii Religione antiquiores, propter non
absoluta studia, remotiorem aliquam sta-
tionem, aut alia impedimenta ex parte ip-
sorum, non sunt expediti; neque hi post-
modum licet tardius promoti in locum suę
antiquitatis restituendi. ^o Ceterum Pro-
vincialibus commendatur; ut qui pares
sunt vocatione, & studiis, simul ad gradum
proponantur. ^p Quod si aliquos promo-
vendos non censeant, licet jam legitimo
tempore in Societate vixerint; causas mo-
ræ ad Generalem scribant. ^q

6. Dies verò constituti promotionibus
ad gradum Professorum, & Coadjutorum
for-

^m Ex. c. 1. §.
12. & P. 5. c.
2. §. 2. & C. 9.
D. 42.

ⁿ C. 13. D. 9.

*Non differenda
à Provinciali-
bus propositio
Promovendo-
rum.*

^o C. 9. D. 42.
& C. 11. D.
31. & C. 12.
D. 11. & Or.
c. 13. p. 1. §. 2.
& p. 4. §. 1. 2.
3.
^p C. 6. D. 75.
& C. 9. D. 42.
^q Or. c. 13. p.
1. §. 7.

*Solemnes dies
Professioni
emittenda.*

formatorum sunt Purificat^e, & Assumpt^e
Deiparae solemnies ; sic tamen , ut non sint
conditio necessaria ad Professionis valo-
rem ; immo nec adeò religiosè servandi , ut
Provincialis alios sufficere non possit :

quando præstitutis diebus aliquis citra cul-

* C. 12. D. 9. pam , & gravem ob causam , casumque
& C. 13. D. 20. fortuitum promoveri non potuit. * Locus

* Paul. III. p. Professioni emittendæ Roma tantum pri-
31.

* Paul. III. p. mō concessus. * Sed quilibet postmodum
52. permisus est. *

C A P U T II.

De Potestate & forma admittendi ad Professionem.

S E C T I O I.

*Quis ad Professionem admittere queat :
et qua prævia informatione
debent.*

Potestas ordi-
naria est penes
Præpositum Ge-
neralem . &
Vicarium.

I.



Uod jam proximè indicatum
est , potestas decernendi , ut
aliquis promoveri posse ad
Professionem , est penes Præ-
positum Generalem privativè . Quam fa-
cilitatem tamen in remotissimis régioni-
bus , quales sunt Indicæ , potest Generalis
conu-